Al molto mag.co Sig.or Antonio Maria
Gratiano Secretario all'ill.mo Cardinal
Commendone.

A Roma.

Lorenzo 70
15 Cal Decembr
Del Sandro.
Di li Romori di Sig.or

Nos Antonius Maria Gratianus Dei et Apl.ice sedis gratia Ep.us Amerinus confisi de scientia, fidelitate, probitate, circumspectione ac in
rebus agendis experientia R.D. Ascanij Cardinalis Amerini V.D. quod, ea que duxerimus committenda diligenter et accurate expedient
sponte et ex certa nra scientia, ac de libera ac voluntate eiusdem D. Ascanium in nrum generalem vicarium constituimus et deputamus eidemq; liberam et
amplam facultatem et auctoritatem concedimus d.m nram Epalem Ecc.m ac eius dioc. membra et pertinentias castra, terras et villas vel alia quecumq; in spiritua
libus et temporalibus regendi et gubernandi illisq; in diuinis et alias prout decet laudabiliter in Dno deseruiendi ac deseruiri faciendi in eidem Ecc.a et Ciuitate ac dioc.
verbum Dei Clero et Populo predicandi confessiones confitentium audiendi et confitentes pro quibusuis commissis in illis et s. casibus in quibus nos absolvere pos
sumus absoluendi et eis penitentias salutares iniungendi et cum quibus videbitur in quibusuis casibus a Jure permissis dispensandi, sacerdotes sufficienti auctoritate resultos
habiles tamen et idoneos ad confitentium confessiones audiendi eligendi, deputandi et approbandi litras dimissorias ad ordines etiam sacros a quocumq; catholico Episcopo gratiam et com
munionem a sede Aptica habente petitas et canonice promotos recipiendum, dandi et concedendi et ad ordines etiam sacros huiusmodi promouendi, ac beneficia Ecc.a obtinere
volentes examinandi et de eorum vita et moribus inquirendi et informationem capiendi, sufficientes admittendi et insufficientes repellendi dictamq; Ecc.m et illius
membra et dioc. visitandi et reformandi ac ea quae ad huiusmodi visitationis officium pertinent gerendi et exercendi, oppressiones et executiones indebitas et abusus
quoscumq; tollendi, ac emendandi con respectu de heredib. usurarios et alios quoscumq; tam Ecc.s quam laicos delinquentes et criminosos cuiusuis gradus, conditionis et
status fuerint inquirendi et contumaces pro ea eorum demerita per priuationem beneficiorum et bonorum tam Ecc.rum patrimonialium, et aliorum quorumcumq; ac alias pro de
canonicis sanctionibus et prouincialibus ac sinodalibus constitutionibus puniendi, mulctandi et priuandi ac corrigendi, penas non nisi in pios usus arbitrio tamen
nro applicandi, causas, lites, controuersias et questiones tam matrimoniales, beneficiales, ciuiles et criminales quomixtas ad forum d.ni nri Ecc.i spectantes et per
tinentes cum omnibus et singulis suis incidentibus, dependentibus annexis et connexis audiendi diuidendi, cognoscendi, et terminandi sentias tam interlocutorias
quam definitiuas promulgandi easq; executioni debita demandandi excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliasq; Ecc.as sentias censuras et penas in quaslibet
personas, Vniuersitates et loca proferendi, et infligendi easq; excoriandi, aggrauandi, reaggrauandi, et auxilium brachij secularis inuocandi, ab excessi
bus peccatis omnibus criminibus sentijs censuris et penis quantum ad nos spectat simpliciter, vel ad cautelam absoluendi et illas moderandi, apostolicas
quibusuis appellationibus dandi, concedendi et illis respondendi, electiones et presentationes quarumcumq; personarum ad quecumq; beneficia examinandi
sufficientes approbandi, insufficientes reprobandi Rectores quoq; ac officiales eligendi et deputandi et cum videbitur remouendi, et generaliter omnia alia
et singula faciendi et expediendi in premissis necessaria hactenus opportuna, et que nos facere et expedire possemus si premissis per nos interfuissemus. In quorum fidem pntes fieri ac per Secretarium nrum infrascriptum subscribi, sigilliq; nri impressione munirijussimus. Datum Romae in Palatio
Cancellariae Aptice Die prima Maij M D L x x x x v j Pontificatus nostri anno primo.

Ant. Mar. Ep.us Amerinus.

Vincentius Moraldus Balneorgiensis Secret.